



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 2. Iurispatronatus haberi potest in Hospitali, Oratoria, Collegio, &
sedilibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

uis ecclesia, & basilica sint
hodie synonima; Abb. in
Rubr. de consecrat. eccles. vel
altar. num. 3. etiam ante

consecrationem in basilica
iuspatronatus acquiritur cap.
nemo de consecrat. dist. 1. &
cap. nobis de iurepatron.

CAPVT SECVNDVM.

Iuspatronatus haberi potest in Hospitali, Oratorio,
Collegio, & Sedilibus.

SVMMARIVM.

- 1 Iuspatronatus haberi potest
in Hospitali.
- 2 Et in Oratorio.
- 3 Iuspatronatus haberi non
potest in sepulchro.
- 4 Nec in Collegio scholarium.
- 5 Nisi esset Collegium Reli-
giosum.
- 6 Campi sancti Pisarum mi-
randi.
- 7 Iuspatronatus cadit in Se-
dilibus.

1 **C**ompetit etiam iuspa-
tronatus in Hospitali
Religioso. Felin. in cap. de
quarta num. 14. de prescri-
ption. habetur in cap. inter
dilectos. vbi Abb. de donat.
dummodo construatur cum
Praxis Iurispatron.

consensu Episcopi, vt per Ho-
stiens. in summa in tit. de Re-
lig. domib. S. quis dicatur lo-
cus Religiosus: & ecclesia, &
Hospitali in decem & noue
casibus æquiparantur, vt per
Felin. in dicto cap. de quarta
num. 3. vsque ad nonum.

- 2 Competit etiam iuspatro-
natus in Oratorio Religioso
cum consensu Episcopi con-
structo, cū Hospitali, & Ora-
torium æquiparentur. Abb. in
cap. vlt. num. 4. de censib. de
hoc Innoc. Cardin. & Abb.
in dicto cap. inter dilectos. de
donation. Super sepulchro au-
tem iuspatronatus, potest tamen large
appellari patronus sepulchri
is qui habet ius in sepulchro.
- 3 Nec etiam in Collegio scho-
larium

larium cadit iuspatronatus nisi largè, cum non sit quid Ecclesiasticum, seu Religiosum. Rocch. de Curte de iurepatr. in verbo in ecclesia quæst. 5. & 6. nisi esset † Collegium Religiosum fundatum nedum ab ecclesiastico, sed etiam de consensu Ordinarij, ipsiq; Ordinario subiectum, & suppositum: quo casu dici potest in eo competere iuspatronatus; vt est Pisis Collegium Puteanum subiectum Archiepiscopo Pisano, erectum fundatum, & dotatum anno 1605. ab Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Domino Carolo Antonio Puteo Pedemontano Archiepiscopo Pisano, Insularum Corsicæ, & Sardineæ Primate, & in eis Legato nato, viro integerrimo, & felicitatis recordationis, qui nedum dictum Collegium fundauit, verumetiam insignem Capellam Diuo Hieronymo dicatam fundauit, con-

struxit, & dotauit in vetusto, & amplissimo Campo sancto Pifarum, vbi sepultus fuit: 6 (de quo † Campo sancto toto ex marmore confecto, & picturis mirabilibus exornato, illud insigne est & admirabile, quod terra ibi posita, quam Vbaldus de Lanfranchis Archiepiscopus Pisanus Dux classis Pisanæ anno Domini 1190. rediens Hierosolima Pisas tulit, Cadauera breuissimo tempore cōsumit, & in cinerem redigit) hic pius vir, & pro pauperibus medendis Pifarum certum redditum constituit, Medicos, Chirur- gos, & Aromatharios destinauit, quam piam operam magnificæ Domui Misericordiæ commendauit. Pari modo cadit † Iuspatronatus in 7 Sedilibus, & Banchis in ecclesia factis, & affixis, quod dicitur iuspatronatus laicale largè. Cardin. in cap. penult. num. 2. circa finem de sepult.

FINIS LIBRI TERTII.